39808

Inter Tworkowskie mutua Advitalitas

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Branscen. personaliter comparentes Nobiles Matthias olim Henrici Tworkowski de Tworki Dąbrowa haeres ab una et Nobilis Marianna filia Nobilis Matthiae Sumowski invicem coniuges partibus ex altera sani mentibus et corporibus existen. palam recognoverunt et quilibet eorum pro sua mente recognovit Quia ipsi inter se mutuam et reciprocam advitalitatem omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium haereditariorum paternorum maternorum quaesitorum obligatoriorum ac alio quovis modo ac iuris titulo se recognoscen. concernen. ubivis locorum sitorum et consisten. summarumque quarumvis pecuniariarum fecerunt et inscripserunt in hunc qui sequitur modum Quod si prius Nobilem Matthiam Tworkowski quam praefatam Nobilem Mariannam Sumowska Deo ita volente de hac luce decedere contigerit extunc praefata Sumowska coniux bona omnia mobilia et immobilia morte mariti sui derelicta tenebit habebit possidebit usque ad extrema vitae suae tempora uti fructuaria post mortem vero et decessum de hac luce suum bona praefata omnia in successores mariti sui devolvi debent et devolventur. Simili etiam modo si et in quantum prius supra nominatam Nobilem Marianam Sumowska quam supra nominatum Nobilem Mathiam Tworkowski mori contigerit extunc praefatus maritus bona suprascripta omnia mobilia et immobilia morte coniugis suae derelicta ubivis locorum existen. tenebit habebit et possidebit usque ad extremam vitae suae [illegible] uti fructuarius post obitum vero et decessum de hac machina mundi suum bona eadem omnia in successores praefatae coniugis suae devolvi debent et devolventur his suis personalibus recognitionibus de praemissis latioribus de praemissis latioribus

Piotrowski Donatio

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Joannes olim Gregorii Siedlecki de Siedlecze haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Josepho olim Andreae Piotrowski de Piotrowo [illegible] haeredi et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in bonis Siedlecze sitorum videlicet sex sulcos incipien. a granicie Smoleska per viam quae tendit ad [illegible] usque ad [illegible] inter metas eiusdem donatorii et Nobilis Lucae Siedlecki iacen. cum agri campis omnibusque et singulis utilitatibus fructibus proven. attinen. et pertinen. universisque omnimodis Ita et non cum omni iure suo dominio proprietate proprietateque ac titulo haereditario pure mera sincera ac irrevocabili donatione dedit donavit in [illegible] et in perpetuum resignavit Cui iam eundem introductionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Nobilem Regni Generalem et Nobiles duos [illegible] ad id facilius conducen. officiose acceptans dat et admittit submittitque se idem recognoscens suos et successores eundem donatarium suum et eius legitimam posteritatem per et ultra omnes praescriptiones terrestres toties quoties durante eiusmodi inscriptione opus et necesse fuerit tueri defendere evincare eliberare intercedere pacificare solusque per se et per submissos quasvis ac subordinatas personas non invadere sub damnis terrestribus scriptis citari [illegible] coram officio praesenti castren. Branscen. peremptoria venire omnibus et universum viris remediis [illegible] defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concedi solitis se et suos successores uti abstinen.

Srednicki Demissio

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Petri Troszczenski in Srednica haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Mathaeo olim Andreae Srednicki et eius successoribus obligationem terrae immobilis in bonis Srednica

Pawlowska